Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



vel per errorem et paratus est se corrigere quibus casibus non desinit esse papa. Ad hoc dicta
glo. in dicto c. Si papa xl. di. dicit quod de occulta heresi papa potest accusari et non
omnino quantum in istis casibus iurisdictionem exercet in papam condempnando vel absolvendo. Sed
quod papa in talibus casibus non desinit esse papa fatetur textus iuncta glo. in c. nunc
xxi di. et xv q. iii c. dixit apostolus unde in prallegato c. dicitur deus aliorum hominum
causas voluit per homines terminare sed sedis in presule suo sive questionem reservavit
arbitrio et sic aperte innuit quod solus deus potest de papa iudicare. Et pro hoc fatetur glo.
in c. quanto de transla. prelato. Quod dicit quod nemo potest dicere papam cur ita facit allegat
tamen quamvis de peni. di. iii. Item iste textus in c. aliorum non loquitur in crimine no-
torio scandalizante ecclesiam et de quo papa sit corrigibilis nam tunc papa potest iudicari
per concilium ut in glo. c. Si papa xl. di. Ut dicit dominus banor. folio xiii a fine numerando
ad glo. c. quanto dicens etc. allegans c. quamvis ad quod c. respondetur quod loquitur de deo sed
forte glo. voluit applicare ad papam quia ipse gerit vices dei in terris ut in dicto
c. quanto et sic quando papa male facit potest sibi dici per concilium cur ita facit ut quod
admonitus paulus fecit petro actuum ii c. et ad gal. ii c. et ii q. vii paulus
Item per allegata glo. non excludit concilium nec obstat quod gerit vices dei in terris
quia id verum est quando bene administrat. Ad c. finale lxxxviii di. vel ubi dicitur
quod electionem summorum pontificum deus iudicio suo servavit respondetur quod non loquitur quando subest
causa electionis puta heresis vel notorius delicti. Ad c. licet de elec. in fi. dicitur
dicitur quod non potest in electionem papae heresi recursus ad fratrem dicitur quod intelligitur de presenti
quia concilium non per sedem sed quando est concilium congregatum tunc potest iudicare de electione papae
ut in textu iuncta glo. in c. Si duo contra fas. ii di. Et idem in doct. scribens et
maxime hugo dixit quod cardinales poterunt congregare concilium facti duobus electionibus
in discordia si aliter scandalum sedari non potest.

An sententia concilii sit a[illegible] sententia sedis apostolice

An sententia concilii sit a[illegible] sententia sedis apostolice. Quod non in textu in c. hoc in fides
xxiv q. i. Quod sic est augustinus in quadam epistola ad glorium et elsinum etc. inquiens
Quod si dicerent et si ecce putemus illos episcopos qui rome iudicarunt non bonos
iudices fuisse restabat adhuc plenarium ecclesie vel concilium ubi etiam cum ipsis
iudicibus causa posset agitari ut si male iudicasse convicti essent eorum sententia
solveretur. Ex quibus verbis habetur quod si papa protulisset sententiam cum non nullis pontificibus potest
heresi recursus ad concilium de hoc ut dicit dominus banorum folio 8. a fine numerando
quando dicit ad quintum membrum et quod sententia sedis apostolice sit a[illegible] est glo. c. quicumque xxiv
q. i. vide textum. Hoc enim habet ecclesia proprium ut cum per se florem dum apparuerit
crescit dum contempnitur proficit dum leditur vincit dum arguitur intelligit. Tunc statim
fecerat videre verba sancti beati hylarii li. vii de trin. Nemo potest sibi l. imponere
aliquid si non liceat recedere ex quo cum alio non contrahit nec alteri seipsum obligat
textus in l. Si quis ff. de l. iii et textus in notabilibus in c. in nostro de iniuriis et